



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De studio, & exercitatione eloquentiæ. Capvt VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Archios persalutabat, nihilominus eruditus volebat videri.

Hanc itaque compendiariā excogitauit, magna summa emisit seruos, vnum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum. Nouem præterea lyricis singulos assignauit. Postquam hæc familia illi comparata est, cœpit coniuas suos inquietare. Habet ad pedes hos, à quibus subinde cum peteret versus, quos referret, sœpe in medio versu excidebat. Hæc detrimenta memorie. Contrà verò ijs, in quibus floruit, boni, & felicis ingenij fuit indicium, quod recte notat Fabius. Soler enim maximè quietos, & tranquillos animos comitari: inquietis vero, & levibus prudens memoria insidere nō potest, sicut nec in profluenti sigillum imprimitur.

Excellentē fuerunt memoria Cyrus, Themistocles, Cynæas, Carneades, Horælius, Lætro Porcius, Proæcius, qui omnes insigni quoque ingenio fuerunt. Non sunt igitur audiendi, qui memoriam stultorum ~~et non~~ non minant, quod eos in hac parte natura defecxit. Fieri potest, vt stulti propter acrem ~~qavta~~ oids adorem multa memineint. Hæc memoria tamē brutorum est potius quam hominum: nos de ea loquimur, quæ cu ratione, discursu, & prudentia copulata est, quæ splendissima, & ex omni parte perfecta ingenia magnopere illustrate soler, & si quæ magna sint, atque supra communem modum exaggerata, & vim iudicij, & memorie felicitatem, ex æquo naæta sunt. Sed in iuueniis propter calorem, & priores humores promptior, & fidelior: in viris senescientibus, propter impedimenta naturalia, & tot imaginum multitudinem partim eradicatur, partim interrumptur, partim etiam veluti qubusdam velis obnubitur. Gaudeant in hac parte bene nati, quibus natura hanc vim impedita est, perinde enim est, ac si oculum in occipito confituisse, quo veluti alteri Iani intelligentia, & memorie facultate videant ~~τὰ τρόπων, ἐ~~ θέσις. Itaque hæc pars diligentissime excollenda est, quæ facile vna ex omnibus mentis facultatibus confundit. Erit autem felicior, si moderare exerceatur, non multis, & artificiois illis imaginibus confundatur: Aduueretur deinde tota ratione victus, cibis, potionibus, exercitamentis, quiete, somno, pro recta ratione temperatis.

Vide Philo. p. 523. &  
Sed in se-  
phisis

Quintum & optimum est iudicium, quo nihil ad disciplinas, & vitam yniuersam præstantius est, aut melius. Qui ubermem memoriam na-

ctus est sine iudicio ( hoc enim contingere potest ) perinde est, ac si grandem apothecam habeat sine vino, laxissimum horreum sine frumento. Defectus memoria facilius quidem excusat, quia hec sit ea pars valde <sup>P. Rich. in</sup> nobilis, non est tamen prima, deinde à multis rebus fortuitis aur pendet, aut iuuatur, quò sit, ut nimis culpandi sint, qui non habeant, & ipsi suam in eare ingenuè fateantur imbecilitatē: Iudicio autem qui velit cedere, aut eo se detinutum putet, rarus est, quod hanc partem omnes suæ naturæ, si modo dignitatem teneat, accommodatissimam ducunt. Et certè, qui iudicio caret Orator, quasi Cyclops Homericus effuso oculo in tenebricola corporis speluncia iactetur, & afflictetur necesse est.

Iudicium est amissis, & norma mentis. Rationis scilicet approbatio, & improbatio, quæ postquam in veri inuestigatione elaborauit, tum iudicium, quasi Censor, quid aptum sit circumspicit, quid ex quone nascatur, quid cuique sit consequens, quid alienum, quid repugnans, quid consentaneum, confusa denique, & permixta disiungit, disuncta conciliat, rerum nodos tangit, & explicatissime dissolvit. Hoc est vere præstantis iudicij munus, quod vt appareat in veritatem, sic uoluntas in bonum, sua propensione rapiunt, sed cum rerum causæ adeo sunt ignotæ, & mendacium veri similitudine per sapientiam imponat, difficile est in hac parte semper esse felicem.

Meliora sunt iudicia, quæ liquidiora sunt, & minimè confusa, quæque rem diu examinant, antequam præcipitent sententiam. Deteriora plerūq; mitum virorum, quæ licet quid expediat videant, tamen vel sui diffidentia, vel aliquo affectu facile abripiuntur. Deteriora sunt omnium suspicacia, obstinata, maleuola, & ad omnem incredulitatem rigore quodam mentis obfirmata. Et hæc deinceps notis satis. Ceterum sine studio, & doctrina gladius est in vagina reconditus, cuius acies quotidie habet, atque retunditur. Hæc igitur summo per curanda est.

#### De studio, & exercitatione eloquentia.

#### C A P V T VII.

V Eterum eloquentiam mirificus exercitationis incendebat ardor, eaq; vis alebat, quæ neque flexu ætatis, neque honorum cursu

Q

curlu poterat consistere, declamabant enim ferme quotidie inter priuatos parietes, Senatores, Consules, Imperatores: tales erant grandes illi Ciceronis praetextati Hircius, & Pansa, qui in Consulatus dignitate, in illo honorum omnium apice, sub M. Tullio culturam ingenij, & eloquentia capiebant. Certe Seneca controuersiarum libro quarto ad Nouatum, & Melam, refert Polionem Asinum, intra quartum diem, quam filiam amiserat, declamasse, præconium illud ingentis animi fuit, malis suis exultantis. Haterius vero Senator amplissimus admisso populo ex tempore, solus omnium Romanorum, in latinam, Græcam transtulit facilitatem, extemporaneam orationem intelligit, quæ apud Græcos maximè floruit, cuius auctor primus Anaximenes fuisse cōprobatur à Paufania. Extat adhuc Themistij Euphradis oratio, quam habuit in promptu, ubi gratijs affluit exordium, cum se excusans dicit Phidiam, vel in vna quidem Minerua crepidula elaboranda multum studij impendisse, quo sit, vt oratores hac tumultaria opera nihil excelsum, aut politum fundere valeant. Constat idem ex Euapio, qui Procerum illum spirantem Mercurij in terris imaginem, de proposita ab æmulis qualitate dixisse refert ex tempore, magna omnium admiratione, quam incredibili cumulauit commendatione memoriae, cum totam orationem, vt erat à Notariis excepta, eodem temporis vestigio iisdem verbis prætexuit. Hec oratio, siue facultas appellabatur diuina, vt refert Philostratus in AEchne, quod supra mortalitatem esse videtur, tam diserte orare ex tempore. Verum illud ex vi ingenij, & assidua exercitatione profuebat, quibus riuiulis irrigata, ad immensum decus iutgebatur eloquentia. Operæ prætrum est, ita plerumque adolescentes acuere, vt vim, copiam, & facilitatem orationis assequantur, non autem scriptis, & præceptis obruire: ea tamē lege, ne hac ex temporanea fiducia etati meditata scripsitionem negligant, in qua deuse-  
sac pfectioes Spurte-

Eunapius  
in Prose.

Dios Λεύκη  
quid sit.

tionem neglignant, in qua deuse-  
sac pfectioes Spurte-

504.

DE CAVSIS CORRVPTÆ  
eloquentia.  
Vbi celebres Taciti, & Seneca loci compa-

rantur.

### CAPUT VIII.

Corruptæ eloquentia caussas præclaræ complexus est Cornelius Tacitus in nobili dialogo de oratoribus, quas malo ab eo, quam a me, ad culturam ingeniorum audiri. Deficit inquit eloquentia ab ista vetere gloria non inopia hominum, sed desidia inuenturis & negligentia parentum, & inscience præcipientium, & obliuione moris antiqui. Ego de vrbe, & his proprijs, ac vernaculis vitijs lo-  
pueris à u-  
quar, quæ statim natos excipiunt, & per singu-  
nero binos  
los etatis gradus comitantur, si prius de seue-  
fugendi  
ritate, & disciplina maiorum, circa educan-  
dos, formandosque liberos, pauca dixerim. Iam  
primum suus cuique filius ex casta parente  
natus, non in cella emptæ nutritus, sed gremio,  
ac sinu matris educabatur, cuius præcipua  
laus erat, tueri domum, & inscribere liberis, e-  
ligebarit autem aliqua maior natu propinquæ,  
cuius probatis, spectatisque moribus, omnis  
familiae soboles committeretur, coram qua-  
neque dicere fas erat, quod turpe dictu, ne-  
que facere, quod in honestum factu videtur,  
ac non studia modo, cura, que, sed remis-  
siones etiam, lususque puerorum sanctitate  
quadam ac verecundia temperabat; sic Cor-  
nelian Gracehorum, sic Aureliam Caesaris,  
sic Actiam Augusti matrem præsuiss educationibus, ac produxisse Principes liberos ac-  
cepimus. Quæ disciplina, ac seueritas eò per-  
tinebat, vt sincera, & integra, & nullis prau-  
titibus detorta vniuersiisque natura, toto  
statim pectori acciperet artes honestas, & si-  
ue ad rem militarem, siue ad iuris scientiam,  
siue ad eloquentię studium inclinasset, id lo-  
lum ageret id vniuersum haurire.

At nunc natus infans delegatur græculæ parentum aliqui ancilla, cui adiungitur vnuus, aut alter, indulgem-  
ex omnibus seruis plerique vilissimus, nec cui-  
ria casti-  
que serio ministerio accommodatus, horum ganda-  
fabulis, & erroribus pueri statim, & rudes a-  
nimis imbuuntur, nec quisquam in tota domo  
penit haberet, quid coram infantulo domino  
aut dicat, aut faciat, quando etiam ipsi par-  
rentis nec prohibati, nec modestiæ patuulos  
assuefaciunt, sed lasciuig, & libertati, per quæ  
paulatim impudetia irrepit, & sui, alieniq; cō-  
tem-

Quantum  
proficit ad  
studia pu-  
terias nostras